liud hic significauit
diuina prouidentia:
nisi apud Iudeos solos
diuinas literas remā-
suras; quib⁹ Gentes
instruerentur. illi exce-
carentur: De Homilia
S. Gregorij pape. lc. 7
Magi vero aurum.
tus. ⁊ myrrhā
deferūt: Aurū quip-
pe Regi cōgruit. tus
vero in Dei sacrificiū
ponitur: myrrha au-
tē mortuorū corpora
cōdiuntur: Eum er-
go Magi quē adorāt.
etiā mysticis munerī-
bus predicāt: auro
Regem. ture Deū. myr-
rha mortalē. Sunt
vero nōnulli heretici.
qui hūc Deū credunt:
sed vbiqȝ regnare ne-
quaquā credūt: Hi p-
fecto ei tus offerūt. sed
offerre etiā aurū no-

lūt: Et sūt non nulli.
qui hūc Regē existi-
māt: sed Deum negāt:
Hi videlicet ei aurum
offerūt; sed offerre tus
noluūt: Lectio. 8
Et sūt nōnulli. q̄
hūc ⁊ Deū. et Regē fatē-
tur: sed assumpsisse car-
nē mortalē negāt: Hi
nimirū ei aurum ⁊ tus
offerūt. sed offerre myr-
rhā assūpte mortalita-
tis nolūt: Nos itaqȝ
nato Dño offeramus
aurū. vt hūc vbiqȝ
regnare fateamur: Of-
feramus tus. vt credam⁹
quod is. qui in tempo-
re apparuit: Deus an-
te tempora extitit: Of-
feram⁹ myrrhā vt eū
quē credim⁹ in sua di-
uinitate impassibilē.
credamus etiam in
nostra fuisse carne mor-
talem: Lectio. nono.

License: public_domain – Brugge, Bisschoppelijk Archief Brugge, C516, 14, fol. [1]v – Office lectionary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0cxo/10713/77699)